# De Unionibus Ecclesiarum ⁊ beneficioꝝ Tractatus mire utilis Caccialupi iurisc. eximij.

# IOANNIS BAPTISTAE CACCIALVPI

Iureconsulti Celeberrimi de Vnionibus tractatus admodum vtilis.

VT materia Vnionum plenissime & ordinate habeatur: illa distinguitur in decem membra / siue decem articulos principales.
In primo tractabitur: quid sit vnio.
In secundo: quotuplex sit vnio.
In tertio: quis possit vnire.
In quarto: quæ beneficia possint vniri.
In quinto: ex quibus causis possit fieri vnio.
In sexto: qualiter debeat fieri vnio.
In septimo: qualiter probetur vnio.
In octauo: quis sit effectus vnionis.
In nono: quis possit soluere vnionē: & qualiter soluatur vnio.
In decimo: quis sit effectus solutionis vnionis.

## Primus Articulus.

vnionis diff.

CIrca primum: dum quęritur quid sit vnio: Doctores nullibi tangunt: quod legerim. Sed potest iudicio meo ita describi. Vnio est cōiunctio siue congregatio duarum aut pluriū Ecclesiaꝝ/vel per viam subiectionis/vel per viam æqualitatis/aut accessionis/seu erectionis quo ad spiritualia vel tēporalia/vel quo ad vtrūq₃: quandoque quo ad ecclesias tantum / quandoq₃ quo ad Prælatos/ quādoq₃ quo ad vtrosq₃. Quare autē prædicta verba singulariter ponātur in dicta descriptione: satis clare colligitur ex his / quæ dicā infra/maxime in. ii. articulo principali. Debes etiā scire: quod vnio vnis & vno vnas idē importāt quod cōgregare/cōmunicare/seu coniūgere: & ex duobus seu pluribus cōgregatis/siue coniunctis vnū efficere secūdum Grāmaticos: & descendūt a verbo vnus: & inde venit vnitas/ & vnio/quod est nomen.

## Articulus Secundus.

CIrca secundū principalē articulū / videlicet quotuplex sit vnio: glo. in. c. i. ext. Ne sed. vacan. & glo. 16. q. i. c. Et tēporis qualitas. ponunt tres species vnionis. Sed Host. in. d. c. i & in summa in. tt. Ne sed. vacā. §. fi. quē cōmuniter sequūtur doct. maxime moderniores: dicit quod quinq₃ modis

fit vnio: vno modo vt spiritualia tantũ cõmunicetur: & hoc modo multę ecclesiæ Cathedrales/ & multa monasteria sunt vnita ¶ Secundo modo p viã subiectionis/ cũ vna ecclesia subiicitur alteri in tẽporalibus & spiritualibus: adeo quod vna sit mater/ & altera filia. ext. Quod. met. cau. c. Cũ dilectus ¶ Tertio modo vt neutra alteri subiiciatur: sed quælibet in suo statu & honore remaneat. Et ideo si ante vnionẽ erat Cathedralis/ vel Episcopalis: etiã post vnionem remanebit Cathedralis vel Episcopalis: nec canonici vnius ecclesiæ fiũt canonici alterius. Nec etiã canonici vnius ecclesiæ vocabũtur ad dispositionẽ canonicoꝝ alterius eccl. nec res alterutrius aliquo modo cõfundẽtur. vnus tamen erit Episcopus duaꝝ ecclesiaꝝ & ab omnibus cõmuniter eligitur in loco/ de quo in vnione cõuentũ est: vel deferent sibi morem. arg. c. pastoralis. ext. de rescrip. de quo tamẽ latius dicam in nono articulo principali. & sic hæc vnio fit solum quo ad Prælatos/ vt idẽ sit prelatus vtriusq; ecclesię ¶ Quarto modo fit vnio/ vt vnũ sit collegiũ vtriusq; ecclesiæ / quo ad spiritualia & tẽporalia: ita quod ille qui est canonicus in vna ecclesia / etiã sit canonicus in alia: & quilibet retineat suũ honorẽ: & sic diuersis subsunt Metropolitanis: Papa gratificauerit cui voluerit. & regitur talis ecclesia cõsuetudinibus & priuilegiis: quæ in alterutra meliora potuerĩt reperiri. arg. xii. dist. c. Nouit. & de pœnit. dist. i. c. Medicina. §. medicamẽtũ & 32. q. 1. c. nõ est culpandus. Simile videmus in duabus actionibus simul iũctis seu vnitis / quando vnita retinet / quod fauorabilius erat in alterutra. C. de rei vxo acti. l. i. primo respõso & in. §. Sed si nõ ignoramus. sic etiã legata & fidei cõmissa vnita fuerũt: vt quid melius & humanius/ seu fauorabilius erat in alterutris/ illud etiam vnitũ retineret. C. eo. de leg. l. 2. ante finẽ secũdum. Host. & ad de quę dicã latius in viii. artic. prĩcipali ¶ Quinto modo fit vnio cum vna ecclesia erigitur in cathedralẽ: ita quod idẽ sit episcopus vtriusq; secundũ formã. c. i. Ne sed. vacan. & de hac infra.

Articulus Tertius.

CIrca tertium articulũ de causa efficiente / videlicet quis possit vnire: primo qritur: an Papa possit vnire. sed breuiter dic: quod indubitatũ est/ quod papa omnes ecclesias/ & omnia bñficia minora & maiora & episcopatus potest vnire per omnes vnionis species: vt in. c.

sicut vnire.in prin.ext.de excess.prælat.16.q.1.c. Et tēporis quali-tas.&.§.Sicut duo.&.c.quod translationē.de off.deleg. Et hoc est clarū: quia quo ad beneficia/ ipse habet plenā & absolutam potestatē: vt in.c.proposuit.ext.de concess.præben.& in.c.de-testanda.eo.tit.li.vi.cū similibus. ¶ Secundo quæro vtrum lega-tus de latere possit vnire ecclesias existen.ī legatione sua: circa istam.q.variæ sunt opiniones doctorum. Innoc.in.c.fi.ext.de cō-fir.vtil.vel inutil.ponit duas opiniones.prima est quod nō pos-sit in præiudiciū diocesani: sed si facit vnionem: illa valebit in p̄iudiciū ecclesię vnitæ. Poterit enim ecclesia cui facta est vnio/ seu cōcessio/exigere rationē de tēporalibus ab ecclesia vnita.& illā etiam quandoq; visitare:& in illa iurisdictionē exercere: nō tamen p̄iudicando iuribus diocesani/ quoniā vnione non ob-stante vtitur diocesanus iure suo.& sic intelligas.d.c.fi. Secūda opinio est Innoc.quam dicit sibi plus placere: vt legatus nullo modo possit cōcedere seu vnire. Host.etiam in.d.c.fi. de cōfir. vtil. vel inutil. tenet quod nō possit per illū tex. & tenuit etiam Ab.dicens quod non potest vnā ecclesiam alteri subiicere: vel perpetuā donationē facere: licet possit cōferre beneficiū vacā-ti est legatus de latere: vt est in.c.i.de off.leg.li.vi. facit etiā qd tradit glo.in.c.fi.de hæret.eo. li. vbi dicit quod legatus etiā de latere nō potest cōmittere causam inuitis partibus: vt cogno-scatur sine strepitu & figura iudicii/quia contra ius. vt not. c.i. ext.de lit.contest. facit quod habetur in.c.fi.ext. de off. Archip. Idem etiā in effectu videtur velle Specul.in tit.de leg. §. Nunc ostendēdum.ver.xi.&. 57. vbi concludit pro regula quod lega-tus etiā de latere non possit facere in p̄iudiciū alterius:& sic nō potest dare de iure vnius alteri: quia solus papa hoc potest: scili-cet priuare aliquē iure suo. allegat quod habetur.23.q.8.c. Cō-munior.&.c.sequen. Sed Io.And.in addit. ad.d.ver.57.tenet quod possit dare de iure vnius alteri/eo casu/ quo posset Epūs: videlicet legitima causa subsistente iuxta ea/quæ not.in.c.Cō-stitutus. ext.de relig.domib.cū suis remissionibus. Aduerte ta-men quod idem Specul.in.§.nunc ostendendum.vers.5. dicit quod legatus de latere potest vnire eccl. inferiores sicut epūs: dummodo talis vnio nō extēdatur in p̄iuditium diocesani. per c.Ne sed. vacan. Et videt cōcordare cū prima opinione Inno. quinimmo plus dicit Io. And.in additione ad.d.vers. 5.quod

legatus potest etiã eccl. subiectã Epo iusta causa subsistẽ. vnire ecclesiæ cathedrali/ non tamẽ erigendo illã in cathedralem/ sed applicando ipsam mensæ cathedrali: de qua vnione loquitur clemen. fi. de re. ecc. non alien. & vnio dicta fiet sine pĩudicio rectoris: & ideo nõ est necesse illum vocare. vt. d. clem. fi. Illo vero mortuo: reget Eps illam per vicariũ ppetuũ: cui assignabit de redditibus cõgruã portionẽ. iuxta not. ĩ cl. i. de iurepatr. Et sic videtur velle quod Legatus possit vnire. & idẽ videt voluisse idem Specul. in. d. §. Nũc ostendẽdum. vers. præmissa autem omnia ibi vnde circa. vbi cõcludit quod Legatus in prouincia sibi cõmissa illa potest exercere / quæ potest quilibet ordinarius/ siue sit Abbas siue Episcopus/ siue Archiepiscopus/ vel Patriarcha/ nisi in casibus in quibus reperiretur expressum quod Patriarcha / vel alius qui haberet maiorẽ potestatẽ secundum quod reperitur in aliquibus casibus. Facit quod habetur in. c. i. & c. vlt. de off. leg. Et istã partem tenẽt etiam domini de Rota in deci. 55. secundũ aliquos. alii habent decisionẽ. cxi. & respondẽt ad tex. in. d. c. fi. de confir. vtil. vel inutil. quod ideo ibi non valet: quia ibi fiebat cõcedendo plenariã exẽptionẽ cũ fieret ecclesiæ exẽptæ per quã nimiũ prĩudicaretur ordinariis quod non cõtingit in aliis: licet per illam auferatur collatio ordinario: & sic videtur restare cõclusio quod potest etiã collegiatam vnire & subiicere alteri dũmodo nõ vellet ipsam plenarie a iurisdictione & potestate ordinarii subtrahere. Sed Frede. de Senis in cons. 190. tenuit contrarium: videlicet quod Legatus etiam de latere nõ possit ecclesiã nec collegiatam/ nec simplicem/ alteri vnire: dũmodo in illa episcopus vel alius habeat ius conferendi. Et similiter tenuit quod non posset alterare statũ ecclesiæ: vtputa si vellet ecclesiã/ in qua est collegium clericorũ secularium: cõstituere religiosum/ & conuentum religiosorum secundum formam. c. Ad audientiã. ext. de eccl. ædifi. Et quod non potest dare auctoritatem plebanis inuitis canonicis vt permutent suas prebendas: quia qui nõ potest conferre: non potest præstare auctoritatem permutationi veræ. not. in c. vnico de. rer. pmut. li. vi. Allegat. etiã not. per Io. And. &. Archid. in c. fi. de off. leg. li. vi. & quod not. Specul. in. tit. de. leg. §. Nunc autem tractemus. vers. penult. vbi dicit quod Legatus non potest supprimere/ nec dignitates: nec fructus beneficii concede-

re Ep̄o ad tēpus, de quo p Io. And. in. c. si ꝑpter tua. de rescr. li. vi. & p p̄dicta cōcludit quod etiā simplicē ecclesiā nō potest vni re alteri ecclesiæ si p vnionē auferᵗ ius cōferēdi ordinario / vel alteri inferiori: qꝛ nō est cōcessum legato aliena iura in ꝑpetuū p̄iudiciū turbare seu tollere. Facit quod not. ī. c. nobis ext. de iure patr. licet ad tēpus possit cōferendo bn̄ficium in titulū iuxta not. ī. c. i. de off. leg. li. vi. Et sic cōcludit quod legatus potest illa q̄ potest Ep̄s quo ad p̄iudiciū suiipsius, sed non quo ad præiudicium alterius. Nec est absurdū secundum cū: quod Ep̄s aliquid possit quod nō possit legatus: qꝛ fauorabilior est potestas ordinarii q̄ legati. cle. ii. cū ibi not. de offi. ordinarii. facit quia Ep̄s nō potest alienari sine cōsensu capituli / cū cōsensu legati. vt in c. pe. ext. de his quæ fiūt a prælat. Item quia Ep̄s potest alienare cum cōsensu capituli. 12. q. 2. in fi. & in c. fine exceptione. vnde hoc nō potest legatus. & ad p̄dicta vide quod tradit Bart. in. l. ꝓhibere. §. Plane. ff. Quod vbi aut clam. vbi concludit legatū nō posse alienare rem spectantē ad Ro. Pont. & idem videᵗ velle de aliis bonis tēporalibus eccl. pro qua opinione facit aliud pulchrū dictū Specul. in tit. de leg. §. Nūc tractemus. ver. pen. vbi dicit quod legatus nō potest supprimere aliquā dignitatē in ecclesia qꝛ illud est solius Papæ vt in. d. c. cū accessissent. ext. de cōstitut. Lap. Abbas in cle. i. §. Si qs de statu reg. tenet quod legatus de latere possit vnire ecclesias subiectas religiosis volēs quod in hac vnione legatus habeat maiorē potestatē quā Epi: quia Epi tenētur requirere cōsensum Abbatis / quē nō tenetur requirere legatus de latere. facit extra. de offi. leg. c. dilectus & in. c. i. & ii. eo. ti. li. vi. de verb. sign. c. i. eo. li. D. Zabarella tenet primā opinionē Inno. quod legatus potest vnire sine p̄iudicio iuris ordinarii & dicit collegiū Papiense ita cōsuluisse: & se vidisse illud cōsiliū D. Antonii in. c. sicut vnire. ext. de exces. plat. & ī c. fi. ext. de cōfir vtil. vel inutil. sequiᵗ in effectu secundā opinionē Inno. q legatus nō possit: licet aliqualiter variauerit: tamen videᵗ residere cū opinione Fed. q. in effectu tenet opinionem Innoc. Io. de Imol. in d. c. fi. dicit quod posset defendi prima opinio Inno. per illum tex. a contrario sensu: & per ea quæ notantur per Specul. in. d. vers. præmissa. Nec obstat. c. penul. de offi. leg. li. vi. per quod mouetur Fed. vbi videtur probari quod de ecclesiis collegiatis nō potest legatus se intromittere.

quia illud procedit quādo vult ꝓuidere personæ/quo casu/nō potest etiam si collatio pertineat ad episcopum vt ibi not. glo. Sed in vnione nō consideratur vtilitas vel fauor personæ sed ecclesię/ideo illa facilius fieri potest. ꝑ qua opinione facit quod not.in c.ne aliqua.de priuil.li.vi.& in.c. fi. de rescrip.co.li. Et sic eadē ratione & multo fortius poterit vnire eccl. nō collegiatā suadēte vtilitate ecclesię:quo casu videt̄ quod possit derogari iuri alterius respectu potestatis cōferēdi sicut posset eps ꝑ id quod not.ī.c.cōstitutus.ext.de.relig.do.& qđ not. Io.And. in d.ver.57.ī ad.Spec.in.§.Nūc tractem⁹.nec obstat ꝙ not.glo. ī d.c.nobis.de iurepatr. qa ibi loquit̄ quādo erat patronus laicus/quo casu nō potest derogari iuri ipsius eo inuito etiā ꝑ legatū de latere nec etiā ꝑ epm.vt in.c.Cū dilectus de iure patr.16. q.7.c. decernimus. secus si est ꝑsona eccle.& competeret sibi ius ratione ecclesiæ/nō ratione patrimonii:per id quod not. in c.cū dilectus.& in.c.dilectus.de off.leg.& sic residet Io.de Imo. dñs Ab.Inno.in.d.c.fi.dicit/quod quæstio est satis dubia: dicit tamē finaliter/ quod aut loquimur in legato nō de latere: & tenet quod nō posset vnire/cū nō possit bñficia cōferre.vt.c.i.de offi.leg.li.vi.quia maius p̄iudiciū est in vnione q̄ in collatione. Si vero legatus est Cardinalis/dicit quod eccle. collegiatas nō potest vnire aut subiicere.per.d.c.pe.de offi.leg. li.vi. Si vero sint ecclesiæ non collegiatę videtur quod prima fronte nō possit vnire:nō obstāte quod potest conferre:quia minus præiudicium infertur. Item qa legatus Card.habeat collationē bñficiorū nō est ex iure legationis/ sed ex quodā speciali priuilegio / & ex quadā p̄rogatiua.d.c.i. de offi. leg. li. vi. ergo talis potestas tanq̄ extraordinaria & specialis debet restringi. vt arguit glo. singularis.ī cl.ii.de off.ord.licet ergo possit cōferre iure speciali:nō tamē debet posse venire ꝓpter graue p̄iudiciū diocesanorum. Sed ꝓ prima opinione facit tex.in.d.c.fi.qa papa ibi dānat collationē ex eo quod nō debet minui vel lædi ius diocesanorum. Videtur ergo loq iuxta terminos.c.ii.de reli. dom. Nā ibi patet:quod si papa ecclesiā vnius dioc. vnit eccl. alterius diocesis: ꝓpter hoc nōn præiudicatur iuri diocesani ecclesiæ vnitæ. Ita possumus dicere in. d. c.fi. videlicet quod licet collatio vel vnio fiat eccl. exemptę:nō debet propter hoc minui ius primi diocesani/respectu reuerentiæ vel similiū iuriū: & ideo non

valuit sibi quo ad praeiudiciū iurium diocesani. Et quod possit eam facere probatur: quia vnio fit ex necessaria causa. 10. q. 3. Vnio. & dicā infra in. vi. articulo pricipali. Cū ergo legatus habeat ordinariā iurisdictionē in loco / vt in. c. ii. de offi. leg. li. vi. videtur quod possit prouidere necessitatibus & vtilitatibus ecclesiarum: per hoc arg. videt idem dicendū in legato nō Cardinali: cuius contrariū tenuit. d. M. in prin. Sed magis est dubitandum de illo / finaliter concludit. d. M. quod prima opinio / quod nō possit: videtur aequior: sed secunda verior de subtilitate iuris. Aduerte tamen quia in contrariū fortiter obstat / quia in spectantibus ad commodū vel incommodū platoꝝ prouinciae perpetuū tenetur platus requirere consiliū capituli. vt extr. de his quae fi. a praelat. c. nouit. & c. quāto. Et dicam infra in vi. articulo principali. Idem in contrarium facit. c. fi. de maior. & obedi. & quod dixi post Innoc. in. c. fin. de off. leg. Vnde q̄stio per praedicta remanet satis dubia ¶ Tertio quaero: quid de Patriarchis & Primatibus. Sol. dic quod in ꝓpriis diocesibus & in ecclesiis sibi subiectis de iure communi possunt ipsi vnire & ea beneficia ex his causis sicut potest & quę potest Archiepiscopus in propria diocesi & Episcopus in sua: secundū quod statim dicam in. v. q. huius tertii arti. prin. Sed in diocesibus Archiepiscoporum sibi subiectoꝝ nō potest vnire sicut nec Archieps in diocesibus suffraganeorum: vt dicam in quaestione sequenti. ¶ Quarto quaero: quid de Archiepis? Sol. dic quod aut Archiepiscopus vult vnire beneficia in sua propria diocesi existentia: & tunc etiā potest vt Eps / de quo statim dicā in. q. seq. Quoniā Archieps tantā habet potestatē in diocesi sua quantā habet eps in ꝓpria: vt tradit Specul. in ti. de leg. §. Sunt quoq. ver. Archiepiscopus. vbi dicit / ꝙ illud potest Primas in sua diocesi: quod potest Archieps in propria. & illud potest Archieps in propria: quod potest Eps in sua. sed sicut nō potest Archieps in subditos suffraganeoꝝ suoꝝ: ita nō potest patriarcha in subditos suffraganeoꝝ. Licet enim primas possit exercere iurisdictionē cōtra Archiepōs sibi subditos: & Archiepus in suffraganeos sibi subiectos: non potest primas in subditos Archiepoꝝ: sicut nec Archieps in subditos suffraganeoꝝ. Vnde in hoc casu secūdū Spec. fallit illa regula. Si vinco vincentē te. &c. Aut vult vnire beneficia existentia in diocesi suffraganeoꝝ suoꝝ / & non potest:

sine consensu & voluntate eorum/ per ea quæ statim dicam: & est tex. hic/ qui assignat rationem in versic. Cum in diocesi.
¶Quinto quæro: quid de Episcopis? Sol. dic q regulariter Epi possunt vnire inferiores ecclesias diocesis suæ: vt in tex. nostro in.c. sicut vnire.&.xvi. q.i.§. Sicut duo.&.c. Tēporis qualitas. 21.q.i.c. Relatio. Nā in potestate Epi est qualiter ecclesiæ consistere debeāt.lxx.dist. c. sanctorum.x.q.i.c. decretū.&.c. regenda. Habet enim Eps magnā potestatē super statu ecclesiarum: & eas potest facere modo pauciores si plures sunt: & nequeāt de propriis redditibus sustētari. de consec. dist.i.c. omnes basilicæ. & etiā augmentare & diminuere numerū clericorum. de consti.c. ex parte a cōtrario sensu. de quo ibi dixi. de ver. sig.c.i. de istit.c. i.&.ii. de cōcess. pben. Ex parte. itē nouū psonatū ī eccl. facere: qui nunq ibi fuit.c. Olim. ext. de consuet. Arbitror tamē q nō potest vnire per omnē speciē vnionis: sed duntaxat p quatuor primas species/ quas dixi in pcedēti artic. Sed p quintā speciē vnionis nō poterit: quia ipse non potest erigere inferiorē ecclesiam in cathedrali. arg. not. in.c. quod trāslationē. ext. de offi. leg.& adde & declara secundū ea: quæ dicā in quarto seq. artic.
¶Sexto quæro: vtrū capitulū sede vacāte possit hanc vnionē facere. Sol. Lap.& post eū Zabatella & Io. de Imo. in. cl.i.§. Ad hæc alias.§. Si quis autē. de statu mon. tenet q sic: dūmodo nil depereat. de iure Epali. Facit quod not. de maior.& obed.c. Vnico. li.vi.& idē etiā notat Zaba. in simil. in cle. Vnica. de re. pmut.
¶Septimo quæro: vtrum inferiores plati ab Epo possint vnire? Sol. dic quod ecclesias non pleno iure subiectas ipsis inferioribus.& Abbas tenet quod nō possint vnire/ nec alterā alteri subiicere: cū hoc specialiter cōcedatur Epis.& idem tenet Inno.& cōmuniter doct. antiqui.&.d. An. in.c. inter. in glo. Sed qualiter. ext. de donat. Et tenet Inno.& Io. An. in verbo arduam. in c. Ad hæc. ext. de offi. archi. Idem etiā tenet Io. And. in. cle.i.§. Ad hæc. in glo. in vers. ordinarios. de statu mona. per ea/ quæ not. in cle. si vna. de reb. eccl. non alien.& in cle. Vnica de re. pmut.& sequūtur etiā Zenzel.& Guliel. in.d.§. Ad hæc, quod Abbas etiā exēptus non potest bona sua diuidere & vnire quis ad eū spectēt pleno iure. sed.d.M. distinguit: quod aut inferior vult ex sua potestate ordinaria hāc vnionē facere & nō potest: vt hic in isto.c. Sicut vnire. Fallit nisi platus inferior pscripse-

rit hanc potestatem vniendi. Est enim præscriptibilis: cum sit iurisdictionis: vt statim dicam in .ix. q. præsentis tertii articuli. Aut iste prælatus vult hoc facere auctoritate speciali: aut quia præscripsit iurisdictionē quasi Episcopalē in illis ecclesiis: vel ex priuilegio cōpetit sibi hæc potestas pleno iure/& potest. Nā ex quo habet quasi Episcopalē iurisdictionem: vnire est iurisdictionis Episcopalis: ergo poterit. Circa quod. d. M. dat regulā ꝙ omnia ptinentia ad iurisdictionē episcopalē possunt explicari per platū inferiorē habentē quasi iurisdictionem episcopalē in loco. Ad hec glo. not. in cle. i. de reb. eccl. non alien. & not. Innoc. in. c. ii. de translatio. & Federic. de Senis in consi.
Et sic videtur quod cōmunis opinio doctorum in hoc non sit vera. Nam si pleno iure sunt subiectæ inferiori: videtur ibi inferior habere iurisdictionē quasi episcopalē. Facit. c. Quoniā. &. c. seq. cum ibi not. de priuilegiis. &. c. Vnica. de cap. mon. &. c. cū ex iniuncto. in fi. de hæreti. Hanc opinionē reperio consulendo tenuisse. d. Diony. de Perusio in consilio. 51. quod incipit. Viso quodā. vbi dicit quod sicut Epō cū capitulo est permissum præbendas minuere: ac etiam dignitates diuidere: vnire: & mutare. vt in. c. accessissent. ext. de cōstit. & hic in. c. sicut vnire. & dixi supra in. v. q. Eodem modo Abbati aut alteri inferiori / qui sit exemptus: & habeat ecclesias sibi subiectas pleno iure: vel dignoscat iura epālia obtinere secundū Inno. in. c. Cū inter vos. de re iudic. & in. c. Abbatis. de priuileg. li. vi. Potest enim Abbas pscribere iura episcopalia: vt dicā statim in. 9. q.
Octauo quæro: quid de vicariis Episcopoꝝ. Sol. Inno. in. c. Ad hæc. de off. Archi. in ver. ardua. & ibi Io. An. super dicto verbo tenēt ꝙ non possint: quia regulariter id quod non potest Archidiaconus: nō potest etiam vicarius episcopi: vt ibi not. per eos. Sed Archidiaconus nō potest hanc vnionem ecclesiaꝝ facere de iure cōmuni / etiam si causa subesset: vt ꝓbatur in tex. nostro: & supra dixi in pcedenti. q. Tradunt Inno. & Io. An. in d. c. Ad hæc. Quod placet mihi propter negotii arduitatē seu magnitudinem: vt nō possit nisi ex speciali commissione: quia etiam regulariter non possunt conferre beneficia.
Nono quæro: vtrum hæc potestas vniendi possit præscribi per inferiores. Sol. Archi. in. c. Cū singula de præben. li. vi. quē refert glo. in cle. i. §. Ad hoc. de statu mona. allegat pro & cōtra

& finaliter videtur concludere ꝙ possit Abbas præscribere dictam potestatem: & vide iura ibi allegata per glo. quia hoc videtur esse iurisdictionis episcopalis & nõ ordinis/& p cõsequẽs præscriptibilis: vt in.c.attendentibus.ext.de priuileg.cum iusto tamẽ titulo vel possessione tanti tẽporis / in cuius contrariũ memoria nõ existat:secundũ not.in.c.i.de præscrip.li.vi. & sic residet illa glo, quæ est sub verbo ordinarios. Idem tenet ibi Guliel.q allegat.c.Auditis.supra de pscrip. & remittit ad not. per Host.in.d.c.Accedẽtibus. Vbi habetur quod ea/ quæ sunt iurisdictionis & dignitatis Epalis:possunt pscribi p inferiorem per allegata & not. in. d.c. cũ singula & idẽ tenet Zenzẽl.Sed Stephanus in Cle.si de rebus eccl.nõ alien. refert primo opiniones dicens:ꝙ quidam tenuerunt ꝙ possit pscribi per d.c.Accedentibus.Alii que p. c.cõtra morem.cẽtesima distin.& xxiii. dist.in c.Illud.Refert opinionẽ Archi. in d.c.cũ singula.qui cõcordat primas opiniones:vt prima locũ habeat in prioratibus simplicibus curã animarũ non habẽtibus:cũ illi remoueantur ad libitum per.l.Caius.§.i.ff.de leg.ii.&.l.ꝙ in rerũ.§.fi.de lega.ii. Sed dicit Stephanus ꝙ pdicta iura parũ faciunt:quia loquãtur in prophanis/ in quibus circũscripta qualibet cõsuetudine hoc possent: breuiter cõcludit ꝙ nullus prælatus inferior Episcopo possit acquirere cõsuetudine/aut pscriptione ꝙ possit vnire:cũ hoc sit Episcopale.Nã de iure cõmuni qlibet ecclesia debet habere ppriũ sacerdotẽ:vt supra de præb. c.cum nõ ignores.nisi in casibus spritualibus & tũc illud fit dispensatiue. Dispẽsatio autem pdicta videtur esse tãtum permissa Epis xvi. q.i.c.sicut. Itẽ quælibet parochia est regẽda ex puisione epi.x. q.i.c.Regẽ.ix.q.iii.c.ii & c.Vnaquæq;. Inferioribus autẽ nõ videtur esse cõcessum:& per cõsequẽs videtur phibitum:ext.de temp.ordi.c.Cũ dilectus & per cõsequẽs inferior ab Epo vsurpare nõ debet.i.q.ii.c. decet.facit.Cle.i.§. Ad hæc.de stat.mona.& quod in simili not. de institutione auctorizabili in c. cum satis de offi.archi.Sed dicit Io. de Imola in d.Cle. si.de reb.eccle.nõ alien.ꝙ tutius est tenere opinionẽ glo.pdictæ in ver.ordinarios.vbi etiã tenet idẽ Io.de Imo. per not.in d.c.Accedentibus.quã etiam tenet ibi Guiliel vt dixi.& Zabarel.qui respondet ad rationẽ Stephani dũ dicit ꝙ quælibet Ecclesia debet habere suũ rectorem/quia illud est verũ/quãdo ecclesia haberet ti

tulum/vt in titulū cōcederetur. Sed p vnionem titulus ſupprimetur/& non poteſt quis habere plura talia bñficia vnita: vt in c. eam te. de æta. & qualita & hāc opinionē tenet etiā hic d.m. & conſulēdo tenuit d. Diony. in d. cō. p not. c. Cū inter nos. de re iudic. & in c. Auditis. & in. c. olim. de pſcript. & mihi placet dicta opinio in terminis ſuis. Arbitror tamen q̄ epūs & alii īferiores nullo modo poſſint pſcribere vniones Epiſcopatuum: nec etiam q̄ poſſint vnire per vltimā ſpeciē vnionis/videlicet erigendo inferiorem eccleſiā in cathedralē: quia hæc ſunt ſpecialiter reſeruata ſedi apoſtolicæ in ſignum ſpecialis p̄eminētiæ & priuilegii vt in. c. Quod tranſlatione ſupra de. off. lega. & ideo videtur q̄ per inferiorē nō poſſit pſcribi ſecundū ea quæ dixi in c. i. C. de fide inſtrum. dic vt ibi ¶ Decimo quæro: Vtrū epiſcopus electus & cōfirmatus nōdū cōſecratus poſſit vnire. Sol. Ex his quæ dixi in pceden. q. poteſt decidi q̄ ſic. Quia iſta vnio eſt iuriſdictionis: quod patet/quia etiā caplm. ſede vacante poteſt vnire vt dixi ſupra in. 6. q. Sed electus & confirmatus/licet nondū cōſecratus/poteſt exercere ea/quę ſunt iuriſdictionis vt in c. Tranſmiſſam ſupra de electi. ergo & c. & ex hoc eſt expeditus tertius principalis articulus.

Articulus Quartus.

Circa quartum articulū principalem in quo tractandum eſt: quæ eccleſiæ/ſeu quæ beneficia poſſunt vniri: examinabo quęſtiones occurrentes. Primo igitur quæro: quæ Eccleſiæ poſſunt vniri p Papā. Sol. dic omnes tam epiſcopales quam inferiores: vt hic in tex. quoniā ipſemet poteſt duos epiſcopatus vnire in vnū: vt hic & xvi. q. i. c. & t̄poris qualitas. & vnum diuidere in duos xvi. q. i. pcipimus & . §. Sicut duo. & eximere epōs & abbates. xvi. q. i. frater noſter. vt hic tanguntur in glo. i. Nec mirū quia ipſe ſupremam & omnimodā poteſtatem habet circa bñficia eccleſiaſtica: vt in Cle. i. in fine. Vt lite pendēn. & in c. ꝓpoſuit de cōceſſi. pben. & c. ii. de cōceſſ. præb. ī vi. & ideo dico q̄ & vacātes & nō vacātes eccleſias poteſt vnire & per omnes ſpecies vnionis & diuerſarum religionum: & diuerſarum dioceſum & etiam in piudiciū expectātiū argumēto prędictorum iuriū. & intelligo quod hic dicitur de epiſcopatibus idem de archiepiſcopatibus vnde & tempore noſtro Euge. iiii. Epiſcopalē ſedem vniuit cū patriarchali ſede ¶ Secūdo quæro:

quæ ecclesiæ possunt vniri p inferiores:& vtrũ eps possit vnire ecclesias diuersæ religionis/& professionis/& habitus. Sol. Hãc q. reperio fuisse tactã p Pau. de ele. in Cle. i. de electi. in verbo eligatur. vbi cõcludit ꝙ per primam speciem vnionis possit:& satis mihi placet:nõ p secũdam speciẽ:sed p alias tertiã & quartam. Si aliquo modo daretur per vnam: efficiret collegium & vnus habitus / & vna regula / tunc posset eps hãc facere causa cessante:nõ p d. Cle. i. de electi. Sed si in vna ecclesia remaneret regula sua/& professio/& habitus/& in alia/alia diuersa regula/& habitus/& vnus deberet effici prælatus:nõ potest fieri talis vnio:quia sequeretur absurdũ: quia ꝑlatus vnius ordinis/ qui cõgrueret vni ordini:nõ cõgrueret alteri:& per consequẽs nõ debet posse fieri per inferiorẽ obstãte dispositione d. Cle. i. De quinta vero vnione nõ est quærẽdum:quia vt dixi supra in ꝓceden. articulo in v. q. Inferior nõ potest illã facere. subdit tamẽ Pau. ꝙ quia vnionũ nõ potest dari certa doctrina:est quod tenor priuilegii inspiciendus est: vt etiam dicit Imola & ideo dicit quod si ex priuilegio potest apparere ꝙ illa duo loca remaneant diuersæ professionis vel habitus sub eodẽ prælato:nunquam episcopus potest facere talem vnionẽ p rationem dictæ Clemen. Nisi forte cõsuetudo foret ꝙ vna ecclesia eligeret sibi prælatum ex alia alterius professionis vel habitus secũdũ Pau. quod tamen hodie nõ procederet:quia nõ potest induci cõsuetudo cõtra dispositionem dictæ Cle. secundũ eũ ex eo quia irrationabilis esset. Sed nũc dic vt ibi dixi post glo. in vi. q. quia totũ hoc pẽdet ex consideratione: Vtrũ ratio prohibita in d. Cle. sit ex iure positiuo vel ex iure naturali/vt primo casu possit p consuetudinẽ hoc induci/secũdo casu nõ possit. sed potius videtur ex iure positiuo principaliter:licet admixta sit naturalis ratio & cõsideratio/ne videatur notari diuisio quædã & varietas. de quo dic vt ibi latius dixi:& vide quæ dixi in Clem. Statutum in glo. in versi. Cõsuetudinẽ de electi. vbi latissime tractaui:An & quãdo consuetudo possit de nouo induci/etiã si sit semel sublata. Arbitror etiã/ quod etiã si sint duæ regulæ seu religiões a diuersis auctoribus inuentæ/quod si habeãt p omnia eadem obseruantiã/& habitũ:ꝙ episcopus posset vnire per omnem vnionis speciem preter vltimam/arg. dictæ Cle. i. a cessante ratiõe. Circa quod vide:quod dixi post glo. in ver. religionis ¶ Tertio

quęro: vtrũ episcopus possit vnire ecclesias exẽptas. & intelligẽ semper ꝙ ea/quæ dico de ep̃o/habeãt locũ in archiepiscopo & patriarcha. Sol. Lap. in Cle. i. §. Ad hæc. de sta: mon. dicit ꝙ Io. An. sibi cõsultãti rescripsit. quod sup hac vnione recurrendũ erat ad Papã ꝑ not. in. c. Auctoritate de priuileg. li. vi. & ĩ c. vehemens. de ver. signifi. li. vi. & in c. cũ nullus in fine de tẽpo. ordi. li. vi. in fi. Ipse tamẽ Lapus dicit hoc procedere in vnione locorum exẽptorũ adinuicẽ faciẽda: & quæ subsunt ĩmediate Papæ: secus si alii: quia tũc sufficit cõsensus illius/cui subsunt: nec requiritur licẽtia Papæ: quod intelligit Zaba. verũ quãdo subsunt ipsi pleno iure: tunc enim intelligitur habere iurisdictionem q̃si episcopalẽ ꝑ ea/quæ supra dixi in ꝓcedẽñ. articulo ĩ vii q. Itẽ secus secũdũ Lap. si vtrũq; nõ est exẽptum. Vnde dicit ꝙ episcopus potest ecclesiã sibi subiectam in qua exẽptus habet institutionẽ & destitutionẽ Rectoris vnire monasterio exẽpto. Allegat not. in c. cũ dilectus in fi. quod me. cau. quod tamẽ parum facit & c. Tuaꝝ. in prin. de priuile. & de resti. spoliat. c. cũ olim. & Inno. & Host. & doct. in c. Inter dilectos ext. de dona. Sequitur Zabarella in cle. i. §. Ad hæc. de statu mona. vbi satis bene ꝓbatur hæc cõclusio. ¶Quarto quæritur: an ep̃us possit vnire ecclesiã non exẽptã loco exẽpto. Et videtur dicẽdũ quod nõ: propter iuramẽtum ꝙ præstat de non alienãdo/incõsulto Papa, de quo in c. Vltimo. scilicet de re. eccl. nõ alien. videtur enĩ ecclesia alienati/ex quo desinit esse de iurisdictiõe episcopi. In contrarium vero facit Cle. fi. de re. eccl. nõ alien. quæ indistincte permittit vnionẽ. Itẽ iuramẽtum de nõ alienando cõcernit bona cathedralis eccl. tantũ vt ibi traditur. & ꝑ Zaba. in c. Cũ venerabilis. supra de cẽsi. & in c. pastoralis supra de his quæ fiunt a prælatis &c. Vbi dicit ꝙ valet vnio facta de cõsensu capituli: nec dicitur ecclesia eximi a iurisdictione ep̃i: ex toto enĩ remanet subiecta (saltẽ quo ad ea de quibus in d. c. Cũ venerabilis/nisi aliud operaretur priuilegium exẽptionis cõcessum ecclesiæ/cui fit vnio: vt q̃a intelligit̃ plene exẽpta cũ ecc. acq̃sitis. & acquirendis: quia tunc desineret vnita ex toto de iure Ep̃i/ nõ tam ex vi donationis seu vnionis / q̃ ex vi priuil. Apostolici secũdum Zaba. in. d. cle. fi. in prin. & in vii. q. & satis placet. ¶Quinto quæro: vtrum Ep̃s possit vnire ecclesiã subiectã Abbati vel alteri inferiori ecclesiæ subiectæ sibi. Sol. Arbitror dicen

dum ꝙ sic per tex. in. d. cle. i. §. Ad haec. de stat. mon. & per ea: quae dixi in tertia proxima. q. dummodo accedat cõsensus Abbatis: & similis inferioris: vt dicam in. vi articulo principali.

¶Sexto quaero: an possit vnire beneficium reseruatũ sedi apostolicae. Sol. dicit Zabarella in. d. cle. fi. in prin. in. ix. q. ꝙ haec q̃stio olim fuit de facto: & Io. xxii. determinauit vnionem nõ tenere: etiã si facta esset p legatũ de latere: q̃a eo ipso / ꝙ papa reseruat videtur ꝓhibere cuilibet inferiori: ne disponat de illo: & sic nõ potest vnire. Facit quod not. glo. in. c. Si tibi absenti. de p̃ben. in. vi. & ita dicit decidisse Rotã: nõ tamẽ allegat quotam / sed tamẽ dicit ꝙ ibi cõtinetur: ꝙ talis vnio caret effectu donec papa cõtulerit. sed ex quo papa cõtulit: illo demũ dimittẽte bñficiũ: vnio sortitur robur & effectũ. vnde potest dici / ꝙ vnio simpliciter tenet / nisi papa vtatur reseruatione cõferẽdo bñficiũ. quia si vtitur: tenet collatio: & vnio suspendit̃. & si recte memini: ita cõsuluit Cald. & posuit in ordine consilioꝝ suoꝝ sub ti. de con suet. con. iii. sed ad p̃sens nõ potui videre. & ꝙ valeat vnio tenet hic. d. M. Quod tamẽ intelligit quãdo reseruatio concernebat collationẽ respectu tituli: secus si papa reseruasset certã ecclesiã suę dispositioni: quia cũ illud verbũ sit generale: non posset inferior aliquã dispositionẽ de illo facere. vt in. c. Vt nostrũ supra. vt eccl. benef. vel de appella. & adde quae dicã in. ix. q.

¶Septimo quaero: vtrum Ep̃s possit vnire ecclesiã vacantẽ. Sol. tex. est ꝙ sic cle. fi. in prin. de reb. eccl. nõ alien. Et olim tenebãt Inno. & Host. in. d. c. Vt nostrum. in fi. vbi dicũt ꝙ ecclesia vacans potest vniri & donari: sicut etiã dignitas vacans supprimi potest: vt supra de constit. c. cum accessissent. & dicã in. vi. art.

¶Octauo quaero: vtrum p̃bendae cathedralis ecclesię possit vniri alia ecclesia / vel beneficium. glo. in. d. clem. fi. de rebus ecclesię non alienan. tenet ꝙ sic. In contrariũ facit ille tex. in. §. fi. quia cum non possit fieri sine consensu capituli: nõ videtur posse fieri: quia capitulum auctoraret & consentiret in suam propriam vtilitatem: quod esse non debet: vt ibi. Hoc arg. soluit & bene alia glo. ibi in verbo / capitulo. per. §. Qui manumittit̃. xii. q. ii.

¶Nono quaero: vtrum Ep̃s possit vnire ecclesias / quarum collatio / propter negligentiã vel similẽ causam / est ad sedem Apostolicã deuoluta. Sol. & videtur dicendũ ꝙ non. per not. p glo. in ver. personam. in. c. si tibi. de praeben. li. vi. Item quia quod

non licet directe:non debet licere per obliquũ, vt in regula. cũ quid vna via. de reg.iu.li.vi. Si ergo Eps̄ non potest impedire papā directe in collatione faciēda : ergo nec indirecte vniēdo. In contrariũ facit:qa Eps̄ potest quod est plus:scilicet vnire ecclesiam nō vacantē inuito rectore:vt in.d.cle.si. de rebus eccl. non alien.ergo fortius vacantem.Item Eps̄ potest cōmendare talem ecclesiā/donec per ipsum fuerit de ea prouisum. vt nor. Io.An.& Archi.in.c.Nemo.de elect. li.vi. Itē episcopus potest ex iure dispositionis vniones facere vt hic:q̄ vnio respicit proprietatem:collatio vero titulum. Licet ergo perdiderit ius conferendi : & deuolutũ sit ad papā: nō tamen perdit ius vniendi: quia ex separatis nō fit illatio.Breuiter concludendũ est: ꝙ eps̄ possit:dũmodo nō faciat in fraudē/ sed causa subsistēte. Nemo debet enim Ep̄m accusare / si tēplum dei ædificat/ & maxime si talem vnionē omitteret subsistente causa : posset reprehēdi de negligentia.Nō obstat quod not.in.d.c.Si tibi.quia ibi ius non erat q̄situm alteri . Et propterea vbi posset fieri:nō negat᷑ quin posset fieri in p̄iudicium illius/cuius est quæsitum . Ita cōsuluit Fede.in consi.cvi. Et hanc opinionem tenet. d. M. Facit quod dixi supra in vi. quæst. huius articuli. quam iunge cum ista.

Decimo quæro: vtrum Eps̄ dignitatē ecclesiæ suæ possit vnire capitulo ipsius ecclesiæ.& videtur dicendũ ꝙ nō . per cle. si.§. i.de reb.ecc.nō alien.Sol.Oldr.con.clxxxii. cōcludit ꝙ potest. super qua decisione dicit videri casum.in.c. Exposuisti. ext.de præben.& in.c.Cum in nostris.supra de con.præb.& in.c. vnicæ.in fine. sup. vt ecclesiæ benef. & quod ibi traditur p Inno.& Host. Nam sicut Eps̄ & capitulum possunt vnā totā dignitatē tollere de ecclesia fructus eius diuidēdo inter canonicos : vt in c.Cũ accessissent supra de consti.sic etiā & vnire:& sic potest tēperate donare de mensa ꝓpria loco religioso:vt supra de don. c.Cōsultationibus.&.c.Pastoralis.etiā sine consensu Epi . vt in c.Ea nosci᷑. de his q̄ fiunt a maiori parte capituli / ita & fortius capitulo suo cui magis obligatur.supra de testa.c.requisiti.allegat.ff.de admit.tut.l.tutor eorum.&.l.quotiens.§.Non tantũ. &.l.non existimo.&.ff.de cōtra.emp.l.,fistulas. Et ad contraria ꝙ inter p̄sentatum & præsentantē/institutum & instituentē debet esse differētia:& ꝙ nemo potest auctorare in facto proprio: Respondet ibi Oldr. & mihi placent respōsiones.D. Petrus de

